

295

485  
552.

EXEQVIALEM SERMONEM

In

Funere

*Fœminæ Excellentissimæ*

ANNÆ KUINI-

GUNDÆ,

natae Göringiaë,

V I R I

*Magnifici, Summèq; Reverendi*

DN.

JOH. BENEDICTI

CARPZOVII,

SS. Theol. Doct. & Prof. Publ. Fac. Theol. Assessor.

Colleg. Maj. Princip. Collegiati, Academiae h. t. Præ-  
positi Magni, ut & ad D. Thomæ Pasto-  
ris longè meritissimi,

*Conjugis desideratissimæ*

promissi ab aliquot annis facti memor,

cum viva voce non possit, scripto  
exhibet

Gener mœstissimus

M. JOH. HEINRICUS ERNESTI, P.P.

---

LIPSIÆ

Literis JOHANNIS GEORGI.



N præsto, veneranda focrus, quod posce-  
re sveta

Non rarò officium, si morereris, eras;  
Nempè ut solennes faciendo in funere  
grates

Exequias, agerem, qui comitare velint,  
Vellem equidem non jam promissa implere deceret,  
Et sint, quæ dixi, nunc rata verba minus.

Sim verus, nobis sed fata adversa requirunt;  
Constet promissis poscitur utque fides.

Serius an quondam num ludens sponsor haberi  
Possem, cum fierem, dicere nemo volet.

Majores sed qui nostros spectaverat annos:

Quo possim, nunquam casus is, inquit, erit.

Ast est. Nam moreris, superest dum vita valenti  
Jam mihi. Tali opus est officioq; Tibi.

Et ferrem, funus nisi consuetudo repugnet  
Cognatum tacitos concomitare jubens.

Verba igitur, fiant solitò quæ more, filebunt.

Nulla at, quæ scribo lex prohibere potest.

Hincq; in Te dignas me ferto excurrere laudes,  
Quæque Tuæ dotes commeruere, loqui;

Ut vis nulla omnes virtutes carminis æquet,

Vis vel Pegaseo fonte rigata satis.

Te pietas decorat, decoratq; integra vita.

Te chari decorat mens studiosa viri.

In te candor adest, & detestatio luxus,

Porrecta assiduè pauperibusq; manus,

Ipseq;

Ipseque quid seriem rerum nunc tento bonarum,  
 Omnia cum conjux enumeranda ferat?  
 Ille occumbentem cum vidit morte maritam,  
 Turbatus magno mente dolore gemit.  
 Mœstitia utque finit primas dare maxima voces,  
 Compressis manibus talia verba fluunt:  
 Heu mihi! Surripitur rerum spes cuncta mearum.  
 Nilque mihi in terris amplius esse licet.  
 O mea! vah KUNIGUNDA pia! ah KUNIGUNDA fidelis!  
 Sint fidei in cœlo præmia multa tuæ.  
 Mensque ubi discussis nebulis se purior effert,  
 Fatur, quod demtum est, ordine, quodque dolet.  
 Illa meas, inquit, rectè gerit impigra partes,  
 Præsidio Domini quando regenda domus.  
 Pro communi illi quæ non vigilantia prole?  
 Quàm verum ad rectum sedula monstrat iter!  
 Non rarum est, casus caput hoc affligere duos.  
 Illa at blanditiis leniit omne malum.  
 Illa jocabatur, ferret si causa remissam;  
 Illi aderat gravitas tempore recta suo.  
 Sic dicit, vique hoc laudes majore recenset,  
 Quò magis ex vero, qui dolet, esse solet.  
 Nil ergo addendum est. Ad grates Musa venito;  
 Altera pars scripti quo manifesta mei.  
 Non equidem sic nunc laudem Exequiator habebit;  
 Erga illum has partes qui gerat, alter erit.  
 Nec propriam scriptis nostris oravero causam,  
 Non data promeritis laudibus orno mihi;  
 Obsequia æternum quanquam debebimus umbris,  
 Nunc ego, nunc conjux, foemina diva, tuis.  
 Ipsa tuum hoc potius decorabis munere funus:  
 Nam referam, dixti quæ moritura viro,  
 Extremæ angustis traherentur cum haustibus auræ,  
 Grates pro multo munere grata ferens.

Ecce, inquis, conjux gazâ mihi ditior omni:  
 Ultimum, ut apparet, nunc Tibi sola loquor.  
 Plurima commemini mihi Te benefacta dedisse,  
 Quæ conferre solet non temeratus amor.  
 Ingrata hæc nequeo nunc mecum inferre sepulcro,  
 In signum gratæ hæc oscula mentis erunt.  
 Laudo quoq; haud plenis verbis morienteq; lingua,  
 In cœloq; etiam commemorabo Deo;  
 Pro me compenset qui faustis omnia rebus,  
 Præsidium & tempus duret in omne tuum.  
 Vellem equidem potius rebus præstare, quod opto,  
 Per totam vitam fida futura Tibi.  
 Hincque prior quoq; Te morerer ne, sæpè rogavi,  
 Ne Tibi præstandâ destituaris ope.  
 Verum aliter Domino visum est. Obtempero fati.  
 Quæ feci, votis excido, sicq; vale.  
 Dixit. Ad extremum sed nos quoq; fausta precamur  
 Officium absolvent fusaque vota meum.  
 Quando rosis, veneranda, igitur violisq; sepulchrum  
 Spargo tuum, ut foveat comprecor ossa quies;  
 Et mœstum viduum quæ nunc absinthia torquent,  
 Ut fiant, faxit, dulcia mella, Deus.  
 Atq; his funereum sermonem finio scriptis.  
 Promissiq; miser nunc domum abibo reus.



# EXEQVIALEM SERMONEM

In  
Funere

*Fœmina*

ANN  
GU

NI.

nat

*Magnifici,*

JOH. BI  
CAR

CTI

SS. Theol. Doct. & P

II,

Colleg. Maj. Princip

col. Assessor.

positi Magni,

e h. t. Præ.

ris lo

*Conjug*

promissi ab a

cum viva

V

H

U

M. JOH. HEINRICUS ERNESTI, P.P.

LIPSIÆ

Literis JOHANNIS GEORGI.

